BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

HIERONYMI MERCVRIALIS

Medici hac tempestate clarissimi

TRACTATVS,

De Compositione Medicamentorum.
De Morbis Oculorum, & Aurium.

IPSO PRAELEGENTE OLIM PATAVII
DILIGENTER EXCEPTI.

Et nunc primum à MICHAELE Columbo
Philosopho & Medico editi.

CVM INDICIBVS COPIOSISSIMIS.

ne, vnum aliq[illegible] idiosorũ ali



BIBLIOTECA COMUNALE DI FANNA

VENETIIS, APVD IVNTAS,
M. D. XC.
Cum Licentia, & Priuilegio.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

PETRVS DE VVITTENDEL,

P. M. D. candido Lectori S. D.

INter ea, quae Mercurialis Patauij in extraordinariis vocatis diebus, Auditoribus ſuis, cum multo eorum fructu, & admiratione, iam multi anni aguntur, praelegit; fuerunt Tractatus de Componendis Medicamentis, ac de Oculorum & Aurium vitiis: quorum etſi complura exemplaria apud varios Medicinae ſtudioſos reperirentur, haud tamen defuerunt, & bibliopolae, & Medici, qui, vt eos typis mandari permitteret, obnixè efflagitarunt. Et quanquam diu obſtiterit, quod magnoperè ſuſpicaretur, ne diuerſo modo, quam ab ipſo haec praelecta fuerunt, in publicum exirent; tamen Michael Columbus ſummo iudicio, candidiſſimisq; moribus, & ſingulari eruditione ornatus, eam prouinciam ſuſcepit, vt ex aliquot exemplarium collatione, vnum aliquod efficeret, quod ingeniis ſtudioſorũ aliqua ſaltẽ ex parte ſatisfaceret. Neq; ſpes eum fefellit, ſiquidem, vt vnuſquiſq; facile perſpicere poterit, lumina ingenii Mercurialis clariſſima, adeo in his tractatibus apparẽt, vt vnum atq; eundem ſemper, & vbiq; fuiſſe, & eſſe, non ſit dubitandum: quemadmodum etiam ſpero, ſi Deus mihi fauebit, praelectiones, quas incredibili Auditorum applauſu in hoc Bononienſi gymnaſio habitas, ex ipſius ore toto triennio diligenter excepi, non multo poſt tempore in lucem me eſſe miſſurum, quae non modo vim, & ingenium, ac eruditionem autoris clariſſimè repreſentabunt, verum etiam teſtatum facient, aut nullos, aut pauciſſimos hactenus extitiſſe, qui Hippocratem aeque atque ipſe foeliciter explicare, eiusq; medullas intimè penetrare ſciuerint. Interim vale mi Lector, atq; huic uiro ad docendum, medendum, ac omnes denique iuuandum nato, longam atque incolumen vitam mecum precare.

PRAELECTIONVM
HIERONYMI MERCVRIALIS
De Compositione Medicamentorum,
PRÆFATIO.



RIA esse Medicinae membra siue partes, hactenus apud Medicos receptissimum est, Diaeteticen scilicet, Pharmaceuticen, & Chirurgicen. Quod Diaetetice ante alias partes fuerit instituta, scriptum reliquit Hippocrates lib. de Arte vetere, quoniam rudes illi homines cum aegrotarent, naturæ quodam ductu instigati ad contrariam vitae rationem conuertebantur, quanquam Plato 3. de Repub. videtur hanc partem chirurgicae posteriorem fecisse. Successit Diaeteticae Chirurgica, quam vsque ad tempora Homeri floruisse compertissimum est, vt illis temporibus nomine Medici solus Chirurgus semper intelligeretur; Post quam partem tandem illuxit, quae Pharmaceutice vocata est, tota in compositione vsuq; medicamentorum collocata. Hanc apud Aegyptios primum institutam fuisse, verosimile est, eo quod medicamenta in ea regione foecundo quodam naturae prouentu semper abundarent, vt hac ratione etiam scriptum sit ab Herodoto in Euterpe, omnia in Aegypto medicis fuisse plena. Quod enim vnguentorum compositiones, & oleorum in Aegypto primum sint natae, facile intelligere possumus ex monumentis Hippocratis, & Galeni, apud quos excellenti quodam nomine plurima vnguenta Aegyptia vocata sunt. Sed quanquam haec ars componendi medicamenta, vetustissimo tempore sit inuenta, Hippocratis tamen aetate exculta admodum non fuit, siquidem si eius medicamenta examinemus, non ea arte neque ea methodo videntur composita, quae necessaria est, ac propterea non est mirandum si Galenus inter plurima veterum medicamenta, aut raro, aut nunquam Hippocratici alicuius mentionem fecerit. Post Hippocratis tempora, & praesertim sub Romani Imperij principatum, componendi medicamenta ars, mirificè euecta est, non ob aliud, vti existimo, nisi quia, vt refert Galenus 1. de Antid. eo tempore ex vniuerso orbe medicamenta optima Romam conuehebantur, ita vt ficuti tempore Hippocrates ob medicamentorum inopiam vsus componendi non ita clarus fuit, Romanorum tempore maximè claruerit. Quare Galenus iure sibi proposuit medicamenta superiorum medicorum aestimare, commendare, & interdum diligentissimè examinare. Itaque

duobus

duobus praeclariſsimis voluminibus hanc nobis artem aperire aggreſſus eſt, nec poſt ipſum defuerunt Arabes, qui copiam quandam medicamentorum incredibilem, & compoſitam tradiderunt, & componendi vſum monſtrarunt. Hanc eandem viam ingreſsi ſunt recentiores multi, Decennius, Trincauellius, Syluius, Fallopius, & alij, qui omnes tum veteres, tum recentiores quanquam elaborarunt in hac arte nobis tradenda, veruntamen, vel propter nimiam ſubtilitatem, vel propter immenſam longitudinem, vel propter rei difficultatem non ita omnibus placuerunt, nec etiam videntur omnibus profuiſſe. Itaque hac ego ratione ductus, & etiam precibus veſtris inflammatus, ſtatui hoc tempore artem vobis demonſtrare lucidam, ſynceram, & quantum fieri poterit breuem, qua poſſitis ex vobis ipſis, atque etiam ex tempore medicamenta parare, hoc eſt enim quod glorioſos, & opulentos medicos reddit. hoc eſt propter quod dicebat Ariſt. 10. Ethic. veros medicos non fieri ex libris. Vt autem quod docturus ſum vos, ordine, & methodo amplectamini, quinque præcipua capita vobis declarare conabor. Vnum erit, quis ſit finis, & ſcopus medicamenta componendi, etenim niſi primo cognoſcantur a medico fines & ſcopi quos tenere debet in medicamentis componendis, proculdubio coeca, & erronea erit omnis tractatio. ſecundum caput erit, vt doceam vos quae, & qualia ſint medicamenta ex quibus quotidie fiunt pro aegris compoſitiones. tertium erit quantitas, & menſura medicamentorum, quatum in compoſitione ipſorum, tum in vſu vti debetis: in qua parte maxime requiritur induſtria veſtra, quoniam ſi quid eſt, quod faciat artem noſtram coniecturalem, ſi quid eſt in quo errores medici ſint loethales, proculdubio eſt menſura medicamentorum. quartum erit modus componendi medicamenta: etenim nil frequentius habetis apud medicos, & Pharmacopolas, quam illud, miſce, & fiat ſecundum artem, quomodo autem ſint faciendae iſtae mixtiones, quis ſit hic modus & quae ars, a pauciſsimis clare explicatum habetur. quintum & poſtremum erit de tempore opportuno medicamenta componendi, namque vt in caeteris rebus oportunitas temporis magnoperè valet, ſic potiſsimum valet in hac parte medicamentorum compoſitionis.

BIBLIOTECA COMUNALE DI SIENNA

INDEX CAPITVM IN PRÆLECTIONES De compositione Medicamentorum.

LIEER PRIMVS.

DE componendorum medicamentorum causis. Cap. 1. fol. 1.
Medicamentum siue Pharmacum quid. Cap. 2. 4
Facultas quid, & quotuplex. Cap. 3. 5
De vario facultatum gradu seu ordine in medicamentis. Cap. 4. 6
Facultates primae medicamentorum quomodo vires suas in corpora exerceant. Cap. 5. 7
Temperatum ac intemperatū in medicamentis qūo accipiendum. C. 6. 9
Facultatum primarum gradus siue ordines. Cap. 7. 10
De secundis medicamentorum facultatibus. Cap. 8. 11
De Tertijs medicamentorum facultatibus. Cap. 9. 17
De Quartis medicamentorum viribus. Cap. 10. 20
Humores quomodo a medicamentis attrahantur. Cap. 11. 21
Medicamentorum facultates inuestigandi rō per experientiā. Cap. 12. 22
Medicamentorum vires, vt per discursum inuestigentur, & primum ex prioribus effectibus. Cap. 13. 26
Medicamentorum facultates inuestigandi ratio ex posterioribus effectibus, & primum ex colore. Cap. 14. 27
De odoris natura, & differentijs. Cap. 15. 28
De medicamentorum vis, vt ex odoribus innotescat. Cap. 16. 31
Me saporis natura, & generatione. Cap. 17. 33
De saporum differentijs. Cap. 18. 35
Responsio ad dubitationes ex traditis obortas. Cap. 19. 38
Problematum duorum circa dulcia discussio. Cap. 20. 40
Ex saporibus qūo inuestigandae veniant medicamētorū vires. C. 21. 42
De alijs quibusdam in facultatum notitiam deducentibus. Cap. 22. 43

Liber Secundus qui est de medicamentorum Dosi.

DE Veterum Romanorum ponderibus, & mensuris. Cap. 1. 45
De Ponderibus, & mensuris Graecorum. Cap. 2. 47
De Arabum ponderibus, & mensuris. Cap. 3. 48
De alijs quibusdam ponderum, & mensurarum notis. Cap. 4. 49
De varijs purgātium medicamentorum generibus ac differentijs. C. 5. 51
De lenientium simplicium dosi. Cap. 6. 52

Medio-